

Ah mihi ne sterili frondescat in arbore ramus,
 Infelix nec halet Ouis, nec bucula segnem
 Aetatem terat, atq; ignaua per ocia uiuat,
 Reddite mortales uos uobis, reddite uobis
 Aeternum quod mente sua Deus insinuauit
 Viuat ut in uobis de uobis germinet inde
 In uentum animas generatim ut sera resurgat
 Posteritas, rumpit mortalia terminus aui
 Omnia, & obscuris inuoluit mersa tenebris,
 Et vos degeneres animae sine lumine vitam
 Incaesum trahitis, generosaq; claustra fluentis
 Naturae indignante Deo (ne saecula animantium
 Fatifitent, duret ue offati machina mundi)
 Obijcius passim obstruitis, non ergo uidetis
 Vipera quam uobis uiuat feliciter, & quam
 Indomita Tygres, atq; immanissima caete,
 Quae genus omne suum primas a stirpe propagat
 Ergo Chaonia sua iura antiqua palumbes
 Continuunt, celebrantq; simul conuubia cara
 Murmura per blanda, et lasciuia p oscula nidis

134

Incubet alterno modo mas, modo femina nixu
 Ergo etiam Turtur nunquam sine coniuge dulces
 Hauserit Amnis aquas, uirides nec pauert escas
 Quod si fata thori comitem rapuere, querelas
 Duplicat, et siccis aeternum suspirat ab Orno
 Languida nec dulci declinat lumina somno,
 Interea liquidas nullas de fontibus undas
 Nec uiridi uescas contingit ab arbore bacebas,
 Et vos effositis in hietis montibus aurum
 Et maris Eoi abstrusas penetrabitis oras
 Ut male quesitis heres ignotus abundet
 Diuitijs, non sunt aurum, non regia gaza
 Diuitia, sed spes generis latissima proles
 Nam vos post cineres uestros uiuatis in illa
 Illa itidem in natis natorum haec illa cathena est
 Quae ligat humanos diuinis nexibus orbes,
 Unde suas vires in nos uigentia fundunt
 Sidem, sic alia ex alijs in munera uitae
 Ducimur, usq; adeo sancti indelebile foedus
 Coniugij in nobis, cunctisq; animantibus, et Dis